



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 5. Quid agendum cùm Sacerdos moritur ante vel post consecrationem?
&c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

232 TRACTATUS V.

D. Tho. 2. Thomas: *Potestas consecrandi Eucharistiam*,
 p. q. 8. " pertinet ad characterem Sacerdotalis ordinis:
 art. 8. " character autem quilibet, quia cum quadam
 " consecretione datur, indelebilis est; sicut &
 " quarumcumque rerum consecretiones perpe-
 " tuæ sunt, nec amitti, nec reiterari possunt.
 " Unde manifestum est, quod potestas conse-
 " crandi non amittitur per degradationem; &
 " sic patet, quod Sacerdos degradatus potest
 " confidere hoc Sacramentum. Quod tamen non
 potest sine gravi peccato.

Quæst. 4. Sacerdos qui patitur morbum
 comitiale, seu caducum, debet-ne cele-
 brare Missam?

S. Tho. 3. Resp. Divus Thomas sic respondet: *Dicen-*
p. q. 8. dum quod debilitas vel ægritudo superveniens
att. 10. ad 3. Ordini Sacerdotali, ordinem non tollit: execu-
 tionem tamen Ordinis impedit quantum ad
 consecretionem Eucharistiae. Quandoque qui-
 dem propter impossibilitatem executionis, si
 privetur oculis, aut digitis, aut usu linguae.
 Quandoque autem propter periculum, sicut
 patet de eo qui patitur morbum caducum, vel
 etiam quamcumque alienationem mentis.
 Quare Alexander II. relatus in Can. consultus
 à Gebonardo Vivariensi Archiepiscopo, utrum
 Presbyter posset Missarum solemnia celebrare
 qui morbum patiebatur caducum: *Consuli-*
Can. In litteris. 7. q. 2. *mus*, inquit, *ut si frequenter hoc morbo tan-*
gitur à Missarum celebratione modis omnibus
prohibeatur: indecens enim est & pericolosum;
ut in consecretione Eucharistiae morbo victus
epileptico cadat.

Quæst. 5. Quid agendum est cum Sacerdos
 moritur ante vel post consecretionem, aut
 propter aliquam infirmitatem nequit Hostiam
 consummare?

Resp. His incommodis occurrit Ecclesia in:

De Sacrificio Missæ. Cap. II. 233

Rubricis Missalis de defectibus accident. dum
ait: *Si Sacerdos ante consecrationem graviter* “
infirmetur, vel in syncopen inciderit, aut mo- “
riatur, prætermittitur Missa: si post conse- “
crationem Corporis tantum, ante consecra- “
tionem sanguinis, vel utroque consecrato, id “
accidit, Missa per alium Sacerdotem explea- “
tur ab eo loco, ubi ille desit, & in casu ne- “
cessitatis, etiam per non jejunum. “

Quod etiam determinatum fuit in Concilio
Toletano relato in Can. *Nihil. 7. q. 1.*

Quæst. 6. Sacerdos, qui consecrat Sacra-
mentum Eucharistiæ, tenetur ne Sacramen-
tum percipere?

Resp. Certum est teneri, ut definitum fuit
in Concilio Toletano relato in Can. in quo sic
habetur: *Quotiescumque sacrificans Corpus &* “
sanguinem Jesu-Christi Domini nostri in Alta- “
rio immolat, toties perceptionis Corporis, & “
sanguinis Christi, participem se præbeat. “
Can. Relat.
tum. De
Consecr.
dist. 23

Quæst. 7. Quomodo se gerere debet Sa-
cerdos cùm ante vel post consecrationem re-
cordatur se aliquid manducasse, aut bibisse,
vel esse in peccato mortali, imò aliqua vinclum
excommunicatione, quarum rerum non me-
minerat priusquam Missam inciperet?

Resp. Dicendum, ait Divus Thomas, *quod* “
nbi difficultas occurrit, semper est accipien- “
dum illud quod habet minus de periculo: ma- “
ximè autem periculum circa hoc Sacramen- “
tum est, quod est contra perfectionem hujus “
Sacramento, quia hoc est immane sacrilegium, “
minus autem est illud quod pertinet ad quali- “
tatem sumentis. Et ideo si Sacerdos recorda- “
tur se aliquid comedisse, vel bibisse, nihil- “
minus debet perficere Sacrificium, & sumere “
Sacramentum: similiter si recordetur se pecca- “
tum aliquid commississe; debet pœnitere cum “